

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10

Gamans, Johannes

St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758

Cap. XX.

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)

filium Wernherum primum dictum esse marchionem
de Hochberg, qui anno 1147. deceperit, alium Wern-
herum post se relinquentem, qui a^o 1158. Marchionatu
Hochbergensi sponte se abdicavit, cum prole mascula
careret. De his certiore auctorem desidero.

Cap. XX.

De Alberto Marchione Badensi, fratre
Hermannii II.

Anno 1156. Dum Fridericus Imp. marchinatum
Austria in Ducatum convertit; testes in Diplomate
recensentur Pilgrinus Aquilejensis Patriarcha,
Eberhardus Archiep. Salzburg. Otto Epus Frising.
Cunradus Epus Pataviensis, Eberhardus Bamberg.
Hartmannus Brixienfis, Hartwig Ratisbon. et Fri-
dentinus, Episcopi; Dominus Welfo Dux, Cunradus
frater Imperatoris, Fridericus filius Regis Cunradi,
Henricus Dux Carinthia, Marchio Engelbertus de F-
stria, Marchio Albertus de Baden, Diethboldus mar-
chio de Vötheburg, Henricus comes Palatinus de Rhe-
no, Otto comes palatinus et frater ejus Fridericus,
et alij quamplures. Datum Ratisbona XV. Calend.
Octobr. anno 1156.

Plura de isto non comperi hactenus; quod M. S.
Genealogia hunc Hermannii I. primogenitum facit,
et patrem Hermannii II. id a vero longissime ab-
esse toto hoc capite ostensum est, quod uxorem
illi tribuit Ermengardim Hatspeurgiam s. cujus

patrem non nominat. / quodq; aⁿo 1169. decepsisse 139.
dicit, et adhuc alium reliquisse filium Joannem
Marchionem Badensem, qui annis duodeviginti Mar-
chiam tum Badensem tum Hochbergensem tutorio n^oe
pro suis ex fratre nepotibus Hermanno III. et Henri-
co administraverit, et uxorem quidem habuerit Ju-
tham, liberos vero nullos, mortuus an. 1178. horum
omnium sit fides penes authorem.

Sicut et de tertio Hermanni I. filio Rudolpho, qui
nepoti ex fratre Wernhero juniori in marchionatu
Hochbergensem successerit, et anno 1170. obierit, ex
conjugis comitissa Nassovia filij junioris Rudolphi pa-
ter, sed praecoci fato extincti, non mihi persuadeat
author, haec omnia ita se habere, si enim vera forent,
male numerasset suos Rudolphos tum Badenses,
tum Hochbergij, primum computando, quem debuis-
set tertium dicere, et sic deinceps, pertingerentq;
Badenses ad duodecim Rudolphos et Hochbergij ad se-
cem, cum tamen hi non nisi octenos et illi denos
norint. Tennebacensis item foundationis monumen-
tum corrigendum erit, evadendus Hermannus Mar-
chio de Castro Hochberg, substituendus iste Rudolphus,
tam obscura fama homo, ut nulli Principum
Conventui affuisse in comitatu Casaris nun-
quam comparuisse legatur.